

fol. 4<sup>v</sup>

parum se uindicatum ratus, urguere omnibus incommodis profanam gentem non desinebat. Tum compulsi Iudei uinctum eum Allophilis tradiderunt. Sed traditus **disruptis**<sup>b</sup> uinculis arrepto osse asini, quod casus telum dederat, mille ex hostibus prostrauit. Ingrauescente autem aestu, cum siti adfectus esset, inuocato deo ex osse quod manu **gerebat**<sup>c</sup>, aqua fluxit.

[I 27,1] Ea tempestate Samson Hebreis preerat, Allophilis unius uirtute domitis. Igitur insidiantes uite eius nec palam eum **temptare**<sup>d</sup> audentes uxorem eius quam ille **ex**<sup>e</sup> **Sorech**<sup>e</sup> postea acciperat<sup>f</sup>, pecunia **corrum-punt**<sup>g</sup>, uirtutem uiri uti proderet. Illa eum blandimento muliebri aggressa diu eludentem et multa<sup>h</sup> cunctantem pepulit ut indicaret in crinibus **capitis**<sup>i</sup> uirtutem suam subsistere. Mox dormienti insidiata crinem eius abstulit atque ita eum Allophilis tradidit. Nam<sup>j</sup> prius traditum comprehendere nequuerant. Tum illi effossis oculis uinctum compedibus in carcerem coniecerunt. Sed spatio temporis accisus<sup>k</sup> crinis<sup>k</sup> crescere et cum eo uirtus redire coeperat ...

---

b) ruptis *P b.*  
 acceperat *P b.*  
 saepe *P b.*

c) tenebat *P b.*  
 g) corripunt *P*  
 k) accisos crines *P*

d) teptare *P*  
 h) multum *b.*

e) *fehlt P b.*  
 i) captis *P*

f) *so L;*  
 j) *folgt*